In Causa Fratrum prov. Bethicae ordinis SS. trinitatis Redemptionis
Captivorum super delatione muzae. Sacra Congregatio eminentissi-
morum S. R. E. Cardinalium negotiis, et Consultationibus Episcoporum
et Reg. praeposita inhaerendo decreto ab eadem sacra congregatione
in hac Materia emanato sub die 25 decembris Anno 1665
re qd. auditis partibus, nimirum ordine fratrum praedicatorum
habendam esse differentiam Cappae provinciae ac ordinis primo
dictorum a secundo dicto ordine item ipso primo dicto ordine in
dicta prov. Bethica eiusdem ordinis deferri debere cappas colo-
ris Albi. item qd. Archiepiscopo hispalensi non deferri de-
bere in dicta provincia Bethica Muzam rotundam supra ca-
pam. ac demum procuratorem dictae provinciae Bethicae defe-
rri posse in eadem prov. Cappa coloris Bruni buriel nuncupati,
et eiusdem coloris muzam figurae rotundae, uti est muza Alba in
multis provinciis ordinis huiusmodi gestari solita respective prae-
dentibus, matura dyscusa et examinata ad relationem eminentissimi
Paluti censuit et decrevit licere dictis fratribus Prov. Bethicae ordinis SS.
trinitatis Redemptionis captivorum uti cappa Bruni coloris, quae in
illis partibus vulgo dicitur buriel non autem coloris nigri ad
rescriptum litterarum sacrae penitentiariae sub Pio 4º nec non litte-
rarum appostolicarum sanctae memoriae Alexandri vij quoad vero
ad muzam formae praefatae servandum esse decretum visitatoris
apostolici et Difinitorij dictae prov. factum in capitulo provincia-
li celebrato in conventu civitatis Vbetensis die 9 Junij 1666 ubi
dicit praecipimus ut Cappela seu Caputium in forma triangula-
ri a tergo gestari solitum a nostrae prov. Religiosis nullatenus
deinceps gestetur, sed in forma rotunda ut vulgo dicitur muza
seu muzeta pro parte anteriori aperta, taliter ut crux, quae
in scapulario supra pectus debet esse maneat discooperta, et ita
eadem sacra congregatio harum rigore declarat ac decernit et
eminentissimo Ginetto primo dicti ordinis apud hanc sanctam
sedem protectori commisit, ut eiusdem sacrae congregationis autho-
ritate sibi harum vigore tributa easdem praesentes executioni
demandari iubeat et faciat per eos ad quos spectat in contra-
rium aliatis caeterisque non obstantibus quibuscumque. Romae 9
septembris 1667 Martius Card. Ginettus. Emilius Episcopus
Camarinensis secretarius =

BIBLIOTECA PROVINCIAL CORDOBA